



43

16

LIBERI BVRONI  
OMAGIA ADAMO  
DOMINI

EPHRAIMI GERHARDI  
Phil. M. & J. H. C.

COMMENTATIO PARERGICA

*Ad L. unicam C.*

DE

LEGE FVRIA CANINIA  
TOLLEND A.

Literis Müllerianis, MDCCVII.



M. E. Müller's Gelehrte Bibliothek



ILLVSTRISSIMO DOMINO  
DOMINO  
**JOANNI ADAMO**  
**LIBERO BARONI**

DE  
POSADOVVSKY & POSTELVVIZ  
DOMINO IN LAMPERSDORF & ECKARDS-  
DORF &c. &c.

SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS  
**CONSILIARIO,**  
DVCATVS BRIGENSIS IN SILESIA

VT ET  
DISTRICTVS OLAVIENSIS  
CVM PLENISSIMA POTESTATE  
CAPITANEO,  
**DOMINO SVO GRATIOSISSIMO**

*bocce obsequii*  
*devotique animi monumentum*  
*sacrum esse jubet*  
*illusterrimi ipsius nominis*  
*devotissimus cultor*

M. Ephraim Gerhard, Brigâ-Sil.

# ILLUSTRISSE DOMINE BARO

DOMINE GRATIOSISSIME.



Uamvis multae sunt causae,  
quae hocce laborum meorum  
specimen ILLUSTRIS-  
SIMO TUO decoratum  
NOMINE oculis Tuis of-  
ferendum svadeant, nescio tamen, annon  
habeam plures meam, quae calcar ad-  
didit, excusandi audaciam. Enimvero,  
a 2 dum

dum Te intueor celebratissimus Gentis  
Splendor, maxima maximoque Christianorum  
Principi sacrata officia, gravissima  
curarum, quae charissimam Patriam tan-  
gunt, moles, altiorque, quam dedit Numen,  
fortuna has quidem è pulvere scholastico  
naenias vix ferre videntur. Accedit argu-  
menti levitas, curtaque quae mihi suppetit,  
illud rite exornandi supellex, adeo ut non  
nisi titubanti manu haecce procedat scriptio.  
Sed erigit animum tua tot omnium lau-  
dibus depraedicata humanitas, maximus-  
que, quo litteras earumque cultores pro-  
queris, favor, quem vel ipse insigni cum  
gaudio expertus fui. Dum enim spatum  
praeteriti temporis & adolescentiae meae  
ultimam recordor memoriam, versatur ob  
oculos gratiosus ille vultus, quo pene pue-  
riles adhuc Musas, quum inferiora preme-  
rem subsellia, dignatus es, singulorumque

exci-

excitasti studium. Imo tanta fuit Tua in me  
meosque gratia, ut & ex eo, quo extra Pa-  
triam vivo tempore, atque obscuram hanc  
dego vitam, sollicitas de me studiisque meis  
miseris interrogationes. Summa adhuc  
cum mentis oblectatione recordor, gravissi-  
morum, qui summa simul comitate conditi  
erant, sermonum tuorum, quibus ante anni  
& quod exurrit spatum maximo meo com-  
modo praesenti mihi frui datum fuit: qui  
soli, ni fallor, sufficere potuerunt ad ineun-  
dum hujus inscriptionis consilium. Tuo enim  
nititur consilio jussique omnis illa opera, qua  
hactenus Jurisprudentiae studium reliquis  
simul adjunxi, quas colui coloque adhuc,  
divinae pariter ac humanae sapientiae parti-  
bus. Hinc etiam Tibi soli debetur primum  
earum curarum specimen, quarum Tu pri-  
mus Dux & Autor extitisti. Nec est quod  
credam hanc studiorum, quam reddere co-

a 3

nor.

nor, rationem, curis Tuis plane indignam  
esse futuram, quum sciam, non ultimam ea-  
rundem, quibus Patriae invigilas bono, à  
Teme tipso judicari partem, inspicere quid  
faciant illi, quorum studia in spem Patriae  
maturescunt. Accipe itaque levidensem  
hanc scriptionem nullo alio fine ad Te pro-  
fectam, quam ut devotissimā, qua Te sus-  
picio animi venerationem eloquatur. Deus,  
quem indefessa colam prece, conservet feli-  
cem illam quam largitus est incolumentem  
diu, splendoremque **ILLUSTRISSIMAE**  
**TUAE FAMILIAE** ad seros usque  
adaugeat nepotes, ut nunquam desint aequē  
digni, ac aequē felices Illustrissimi Tui No-  
minis Virtutumque Heredes, quorum lit-  
terae gaudeant patrocinio. Dabam Jenae,  
pridie Kalendarum Octobris. A. O. R.  
**MDCCVII.**

CLARISSIMO  
JOANNI CHRISTIANO SCHÜTZIO

*solidae eruditioris studiosissimo  
Amico maximopere dilecto*

S. P. D.

P R A E S E S.

**Q**uemadmodum semper, AMICE LECTISSIME, aliorum bonis non alter ac meo gaudeo; ita in primis tua, quibus invigilas, studia insignem mihi laetandi suppedant occasionem, quippe quae se dudum omnium intuicium oculis commentarunt. Raro haec ferunt tempora nostra ingenia, quat altius mentis extollant aciem, quaeque se ab eruditiorum vulgo separare gestant. sufficit plurimis extrema eruditio vel minimo tergisse digite, ea quae interius conspicienda se praebent nec e longinquo considerantur. Evidem haud assentior iis, qui non ratione sed consuetudine dulci nescio quam seculis nostris tristis augurio minantur barbariem: stetit ad hunc usque diem stabuisse in posterum per Numinis gratiam vera eruditio, quae aliquot seculorum lapsu haud contemnendis superbit incrementis: Interim illud diffiteri non possum, esse paucos qui isdem fruantur, pauciores vero qui ea promotum eant. In primis apud illos, quos apud ante haec tempora pene sola exitus eleganciorum litterarum gloria JCros puta, dolendum regnat frigus, adeo ut masculum illud JCtorum nomen si non Rabularum corte Legulejorum affluenti dehonestetur societate. Negre meliora nobis spondet futurorum temporum cogitatio, postquam tristis experientia tot huic nomini literantium male ordinata & suo defliture quotidie ob oculos ponit studia, quae a regia illa & Veterum vestigiis clarescente via quammaxime aberrant. Duae, quod omnium confessione constat, veras Prudentias Juris quasi alas exsillunt, quae Deum & hominem scrutatur philosophia, & quae pristinorum temporum fata computat *historia*, quibus sine qui aethera perire, icareorum casuum incaurus sese exponit periculo. Verum quot quaeſo sunt, qui divinarum humana sumque rerum notitiam ambiant, quot, qui veterum historiarum monumentis se intromittunt? Multi philosophiam ne de nomine quidem norunt, & tamen veterum JCtorum arcana, quae nil nisi philosophia ipsa sunt, sibi egregie capere videntur: aut enim vesana opinione vel aliorum aequo coequentium persuasionibus seducti omnem philosophicam verum considerationem ac rem inutilem & plane non necessariam contemnunt; aut ve-

terunt

(50) o (50)      (50) o (50)

Lerum Scholasticorum, quae cum obliuione certant, amant delicias, & in veras & ecclesiicas  
sapientiae luce non satis poenitendas tenebras venantur. De historia magis altum est  
silentium, aut si aliquid hic libi faciendum existimat, in novarum rerum, quae quoti-  
dianae lectionis sunt, cognitione confidunt. Veteris Romae Germaniaeque tempora,  
quorum notitia mihi maxime juris Romani nostrique cultura confistere videtur intra centum  
vix decimus recordatur: adeo ut & veterum JCtorum nomina multis monstra ac portenta  
videantur. Hinc videoas qui orationem D. Marci, Evangelistae sanctissimi precandi for-  
mulam, denotare credant, aut Bartolos Baldosque circatos testes adstantes foribus esse  
existimat, aut Theodosium JCum Romanum vocitare non erubescant. Adeo neglegta  
jacent, quae ad humanitatem spectant studia, ut qui eorundem custodes non minus ac  
justitiae esse debebant, ea prompto consilio exulare jubeant. Hoc itaque CLARISSIME  
SCHÜZI, quo magis dolent cordatores; eo magis habeo quod & Tibi & mihi de felio  
studiorum tuorum cursu, gratuler, quem nunquam sine oblatione intueor. Vti enim optimorum  
Doctorum imbutis praeceptis recteque ad altiora paratus studia nos accessisti; ita  
optima semper, quod plures laudant, tibi calcata est via. Laudant indefersum tuum studium,  
quos in ore Juris Antecessores habes, doctissimi Viri: norum industria, quorum institutione  
vel in primis philosophiae partibus, vel in historiae civilis spectandis monumentis frueris.  
Neque ego disimulare possum, qualem Te, quoisque qualicunque mea in utilissima  
morum disciplina peruestiganda opera uti placuit, expertus fuerim, qui summo studio,  
summaque alacritate mean quoque excitasti industria. Rem verbo dicam: tuo com-  
probare niteris exemplo, humanae miseriae cognitionem sedulunque illam emendandi  
studium, legum divinarum humanarumque confectionem, atque elegantiorum literarum  
culturam suavitate morum juncta optimè una in sede commorari. Atque his ex ratio-  
nibus gaudeo, tecum concensere cathedram, quem in elaboratione qualisunque hujus  
opellae tam sedulum alacremque expertus fui Comitem, nec dubito fore ut & publice  
studia tua omnibus bonis se sine commendatura. De cætero firmiter sum peritus, Te  
vel me non monente, omni ope eo elaboraturum esse, ut & in posterum Amplissimi Tui  
& de Republica optime merentis Patris vestigiis nec studiis, nec virtutibus, nec hono-  
ribus unquam indignus haberi queas: ad quod tibi Numinis auxilium ex animo ap-  
precior. Tu vale & quem coepisti amare, in posterum perge. Dabam Jenae E. Museo,  
pridie Kalend. Octobris.



*Q.D.B.V.*  
**Conspectus Dissertationis.**

§. I. Objectiones contra argumenti dignitatem proferuntur. §. II. diluuntur eadem. §. III. Utilitas argumenti affirmitur. §. IV. Legis furia et sanidine argumentum. §. V. Unde dicatur secundum quosdam. §. VI. Ejus origo historica. §. VII. Ex mente aliorum. §. VIII. Ex mente Raevardi. §. IX. removetur alia lex huius nominis. §. X. Finis legis nostrae. §. XI. Rationes eandem suadentes. §. XII. Prudens huius legislationis consilium. §. XIII. Ejus obligatio. §. XIV. Observatio probatur. §. XV. Abrogatio refertur. §. XVI. Ejus causae examinantur. §. XVII. Deinde hoc exemplo utilitas historiae juris declaratur.

§. I.

Vm ad ea, quae prae manibus sunt, oculis tuis, **BENEVOLE LECTOR**, exhibenda appello animum, facile credo fore plurimos, quels non adeo ad palatam futura sit haec scriptio, qui leviter saltet lustrato opelae nostraे titulo, non bene de suble. quentibus sint speraturi: cognitum enim aliunde nobis est, quam lubrica plerique sunt hominum studia, & quam praecipiti gradu plerique mortalium ad judicia de rebus non satis cognitus properare soleant. Hinc quasi è longinquò alios

A

Objectiones contra argumenti dignitatem

has

has nostras observationes qualescunq; democratio quodam  
cachinno ac naenias inutiles excepturos praevideo: alios  
minus serena fronte rugisque contractis, quod falcem in  
alienam messem miserimus, querulantes audio: alios in  
tempestive misericordes carissimum, ut vocant, tempus ste  
rilibus hisce, & ab aurea, quam solam adamant praxi, alienis  
quaefit impensum dolentes, & nescio quam pretiosissimae  
rei jacturam minitantes conspicio. Ast condonabunt sibi  
nata ingenia; si dixerit: nos haec omnia parum morari,  
imo; si monuero: quemlibet facere id, quod sui est officii,  
si non tam de aliorum quam suo cogitet otio, qvum & expe  
riencia & PLATONE teste apud MICHAELM NEAN  
DRVM in gnomologia stobaeana p. 297. dulcisimum vitae genus  
fit, res suas agere.

*Objectiones diluuntur.*

§. II. Interim & alia ratione fese protegere valet haec  
opera contra omnium cachinnos, rugas, atque querelas. De  
his equidem parum attinet dicere, qvum querula ad auream  
praxin tantum natorum gens nil minus quam rationum  
pondera discernere valeat. Poterit tamen fortassis tam bar  
bare doctis sufficere, quod Tribonianus Viro excelso, quem  
scipsum laudat §. 3. *J. de liberis*, imo si mavis, sacratissimo  
Imperatori haec materia peculiari digna fuerit existimata  
tractatione, quod ipsis non poterit non esse notissimum.  
Isti ad sanorem, ut spero, vultum redituri sunt, si perpen  
derint, nos de questione legis latae atque sublatae, id est,  
facti sive de re praeterita verba facere: hoc autem nisi omnia  
me fallunt, historicae non juridicae considerationis est, nisi  
cepas miscere allio, & quaestiones, quarum leges mentio  
nem injiciunt, verbi causa: an Tribonianus fuerit faci pa  
latii exquaestor? §. 12. *J. de fideicommiss. hered.* an Rubrius Gallus  
tempore D. Trajani fuerit consul? L 26. §. 7. *π. de fideicommiss.*  
*libert.* Quid in persona servi sui Parthenii statuerit Tiberius?  
§. 4. *J. de vulgari substitutione*, & similes ad forum I<sup>C</sup>torum  
remit-

(1) 3 (2)

remittere velint, quod multum sane absurditatis haberet.  
Evidem obstare adhuc poterat illud, quod de legibus hic  
factum sit judicium, quod tamen ad jurisprudentiam quam  
plurimis pertinere videretur. Sed male videntur secundum  
Accursum, qvum legislatoria prudentia, quae de utilitate  
legum ex prudentiae regulis judicat, pars sit sanioris politicae,  
ut id omnia civilis doctrinae loquuntur compendia,  
& in primis HERMANNVS CONRINGIVS in *diff. de nomo-*  
*thetica* *sive resti legum ferendarum ratione*, ut & illustris HER-  
TIVS *de jurisprud. universali*, *sect. I. §. 10.* dudum docuere.  
Notum est doctrinam politicam JCtis fundamenta suae do-  
ctrinae suppeditare, non esse Jurisprudentiam ipsam: Imo  
notum & hoc est, quod genuina politica a plurimis igno-  
retur, qui splendido JCtorum nomine superbiunt. Illis  
denique, qui iniuritem hanc damnant operam, quique ludi-  
cas has quaestiones existimant, cachinni sunt obstruendi.  
Ast hi ut credo, contenti esse poterunt, qvum audiverint,  
neque nos has quaestiones pro iis habere, in quibus vel  
Graeciae, vel Romae, vel Germaniae sita sit salus. Licebit  
tamen nobis hisce cogitationibus istud tribuere temporis,  
quod alii commensationibus, compotationibus, ludis vel  
segni otio, imo democriticis ciendis cachinnis consecrare  
non erubescunt.

§. III. Neque est, quod quis existimet: *omni usu suo* *Vitellus*  
hancce desitui tractationem. Adverterunt dudum ultra *argumenti*  
vulgus sapientes: *dimidium studii cuiusque quemque absolvisse*, *afferitur*.  
qui *historiam discipline*, quam discere satagit, probe calles, quae  
verba sunt Illustris JCti pariter & Philosophi Domini C.THO-  
MASI in praefatione B. Jacobi Thomassii *Originibus historiae*  
*philosophicae & ecclesiasticae praemissa*. Docuimus id pluribus  
de philosophorum doctrina in *dissertatione de studio historiae*  
*philosophicae*. Idem, si dicendum quod res est circa jurium  
obtinet studium, adeo ut ne dimidium illud quis attigisse  
A 2 videri

videri possit, qui iurium, quae sectatur, historiam susque-  
 deque habet. Agnoverunt hoc dudum viri de solida & non  
 simulata jurisprudentia meritissimi, CVIACIVS, HOTTO-  
 MANNVS, BVDAEVS, BALDVINVS, RAEVARDVS, uter-  
 que GOTHOFREDVS, HOLTERMANNVS, HENELIVS,  
 SCHILTERVS, & qui adhuc ultra legulejorum sortem  
 caput efferunt omnes, qui non legum apices sed sensa ri-  
 mantur. Calculum iisdem adjicit suum Illustris Dominus  
**WILDVOGEL** nostras, qui postquam *in praefatione electio-*  
*rum juris aequitatis praeceptorumque civilium cognitio-*  
*, nem impense commendavit, sic pergit: Neque tamen hoc*  
*, solo juris istius notitia absolvitur, nisi & qua ratione jus primitus*  
*, introductum fuerit, quibus causis in eum, quo jam nitet, excre-*  
*-veris habitum, quo modo mutationes passum fuerit, aut quid*  
*, variis temporibus ipse acciderit, quis cognitum habeat exactissime*  
*, quae omnia, nî fallor cancellis suis continet juris historia.*  
*Non licet jam ea, quae de ejus necessitate atque utilitate di-*  
*cenda sunt, per instituti rationem proferre in medium, li-*  
*cebit tamen in posterum fortassis de eadem re majori cum*  
*cura separatam instituire tractationem. Imo licebit illius*  
*praestantiam, tanquam rem summis JCTorum aprimè com-*  
*mendatam nunc quidem supponere. Quia supposita simili-*  
*hujus nostrae tractationis causa dicta est, quippe quae, ut uti*  
*civilis doctrinae quam maxime rationem habeat, non ulti-*  
*muni tameh historiae juridicae caput existit. Enimvero,*  
*nisi hoc esset, si que antiquata plane negligenda venirent,*  
*torus GROENEVEGENII de legibus abrogatis tractatus,*  
*eruditissimi FRANCISCI BALDVINI, JACOBI GOTHOFREDI,*  
*FRIDERICI BRVMMERI, JACOBI RAEVARDI,*  
*GERARDI NOODT de legibus voconia, falcidia, julia, papiae*  
*poppaea, rhodia, aquilia, cincia, scribonia, commentarii imo*  
*maxima corporis justianei pars blattis atque vermbus*  
*addici deberent, quod ego quidem affirmare nunquam*  
*aufsum.*

§. IV.

\*) 5 (\*)

§. IV. Agedum itaque! nil obstat, quo minus historiam Legis fu-  
legis furiae caninia una cum ejusdem dijudicatione poli- riae cani-  
tica conspiciendam producamus, idque eo magis postquam niae argu-  
à quibusdam doceri coeptum est, quod etiam inurilium in mentum.  
jure possit usus ostendi. Occasionem huic considerationi  
dedit tit. VII. J. L. i. & l. un. C. L. VIII. tit. III. de lego fufia  
(furia) caninia tollenda. Erat autem lex furia caninia: Con-  
stitutio consularis, qua cavebatur, ne quis civis Romanus  
testamento plures quam cautum erat servos manumitteret,  
ita quidem, ut qui tres haberet servos, duos tantum, à duo-  
bus usque ad decem dimidiā partem, à decem usque  
ad triginta tertiam, à triginta usque ad centum quartam,  
a centum usque ad quingentos quintam: neque ullus am-  
plius quam centum testamento manumittere posset, utque,  
qui hoc non observaverat illius testamentum pro rato non  
haberetur. Vid. CAIVS J. L. i. tit. ii. & VLPIANVS §. 24. tit. i.  
add. PAVLVS L. IV. sentent. tit. XIV. nec non FRANCISCVS  
HOTTOMANVS in partitionibus. J. C. p. 19. & JO. ROSI-  
NVS Antiq. Rom. L. VIII. C. XV. qui ex CAIO & hoc addit:  
eadem lege cautum fuisse, ut libertates servis nominati  
darentur, de quo tamen, qvum accessorium sequatur suum  
principale, non multum erimus solliciti: neque enim hoc  
additamentum à Justiniano sublatum legitur, sed sponte  
quasi sua, cessante ratione, suum quoque cessit locum.

§. V. Verum tempus postulat, ut ad rem proprius ac Vnde qui-  
cedamus, eaque, quae circa hanc legem notanda veniunt, busdam  
perlustremus curatus. Qvumque vulgata hucusque dicatur?  
methodus duplē involvat tractationē nominalem &  
realem, expectabunt, nō fallor, & hic lectores evolutionem  
nominis ejusque significationis. Nec male: luscus enim  
hic facile pervideat, eadem hoc in loco magis opus esse,  
quam si quis de jure postliminii dissertaturus operose ostendere

dere vellet: vocem postliminii à post & limen derivari. Poteris itaque qui volueris in legulejorum exspatiari vineta, atque videre, quod lex furia alii à furiis, quasi Proserpinæ aut Hecubae cujusdam filia ob crudelitatem dicta; aliis à furore quod furiat in servos alii à fure, quod servos, quos veteres fures vocabant, concernat: alii à canibus quasi canina & invida dicta credatur, quae philosophia est ACCVRSH & ANDREAE TIRAQVELLI ad l. 9. connub. gl. l. n. 213. quamque perperam ipsi Triboniano tribuit VÖET in comment. ad J. b. t. Hisce, cui placet, frui poterit carduis & proprii ingenii addere sphalmata. Ego vero istis haud oblector deliciis, qvum hac methodo quidvis ex quovis elicere facile sit. Rectius mea opinione in hocce versabimur negotio, si rem, quod ajunt, ab ovo repentes ipsa prima hujus legis scrutabimur cunabula: nisi enim omnia mē fallunt, tota denominationis ratio à Legumlatoribus ipsis est petenda: quum nihil Romanos apud frequentius fuerit, quam leges suis ab Autoribus nominare, unde nomina legum juliae, papiae, voconiae, & similiū enata sunt. 271

*Eius origo* §. VI. Non est autem, quod quis certitudines mathematicas in re maxime intricata expectet, ubi in diversum euntibus tot virorum doctissimorum sententiis, nil nisi conjecturas afferre permisum est: quod iis mirum non videbitur, qui aliquam chronologicis curis dederunt operam, quique Romanorum fastos, quos habemus, non rudi oculo adspicerunt. Videtur interim non sine magna veritatis specie asseri posse: hanc de qua sermo est, legem latam esse S. FVRIO CAMILLO & C. CANINIO GALLO COSS., quorum fasti perspicuum mentionem injiciunt, indeque recte FURIAM CANINIAM dicendam esse. Habeo hic quamvis non sine dubitatione, praeeuentes viros legum Romanarum consultissimos: FRANCISCVM HOTOMANNVM in indice legum romanarum p. 13. VALENTINVM

78

TINVM FOERSTERVM in hisp. Jur. Civ. Rom. L. I. cap. XXXII. p. 226. VLRICVM HVBERVM in praelect. ad J. b. t. JO. SCHILTERVM ad J. b. t. & qui primo loco nominandus erat VLPIANVM iur. I. §. 24. Atque ad horum stabilendam sententiam observandum mihi videtur primo: hanc legem latam esse tempore Imperatoris AVGUSTI. Evidenter scio RITTERSHVSIVM in comment. ad J. b. t. incongrue hoc probare anniti ex DIONIS. CASSII L. LV. p. 557. quippe qui de aelia sentia, quatenus de manumittendorum & manumittenientium aetate disponebat, tantum loquitur legislatione, verbis sic habentibus: πολλῶν τε πολλὰς αὐγέας ἐλέσθεται, διέταξε τούς τε οἰκισμάτων τοὺς τε ἔλεστοις, θρησκευτικοῖς καὶ τοῖς αρχεπίστοις τοῖς αὐτοῖς ἐπεξεργάζεται, δικαιούμενα διός οἵτε ἀλλοι τοῖς τε ἐλέσθεταις, καὶ αὐτοῖς οἱ διστίται σφῶν γενούμενοι κατέστηται. quia multi multos, manumittebant, aetatem quam & manumittens, & manumittentes, habere deberent; juraque quibus erga libertos cum aliis, tum, ipsi patroni uterentur constituit. Sed nobis tamen inservit, luculentus SVETONII locus in vita Augus. c. XL, inquit: Augustum & de numero, & de conditio[n]e ac differentia eorum, qui manumitterentur curiose cavisse: qua tuto de nostra lege capiunt FRANCISCVS BALDVINVS ad J. b. t. SIGONIVS de antiquo Romanorum Jure L. I. c. XII. & FORSTERVS in hisp. J. C. I. c. Observandum est secundo circa haec, quo communiter referunt hanc legem; tempora consulatum gessisse C. CANINIVM GALLVM, quem ad A. U. C. DCCLII referunt fasti, vid. HVBERTI GOLZII romanae & graecae antiquitatis monumenta e priscis numismatisbus eruta, p. 222. & ONVPHRIL PANVNII comment. ad L. II. fastorum p. 185. quorsum accedit, quod hoc anno C. Caninio Gallo Cos. ab Augusto Julianam filiam in exilium mis. sam referat VELLEIVS PATERCVLVS hisp. L. II. p. m. 255. Tertio & in eo convenienter fastorum scriptores Augustum hoc anno una cum honorum socio M. Plautio abdicasse

caesse imperium in hujus locum C. Caninio Gallo suffecto,  
quum Augusti successor nullibi reperiatur. vid. qui rem  
pluribus ostendit, STEPHANVS VINANDVS PIGHIVS in  
*Annal. Roman.* L. XVIII. p. 330. & ONVPHRIVS PANVINIVS  
in lib. II. fast. p. 85. Denique quarto nec hoc praetereundum est, quod inter COSS. Augusto coetaneos neque  
Fufius, neque Fufius quispiam commemoretur. Remanet  
itaque quinto solus S. FVRIVS CAMILLVS, qui & a. DCCLX  
notante D'ONE L. LV. consulatum gesit, per vero non ab-  
similem conjecturam Augusto & Plautio una cum C. Ca-  
ninio Gallo sufficiens. Atque hac quidem ratione  
existimamus non improbabilem allatam esse legis hujus sic  
denominatae rationem, qua tamen nostra opinione doctio-  
rum cogitatis nequicquam derogatum volumus.

*Eius origo  
ex mente  
aliorum.*

§. VII. Nobis interim sufficit, quod inter eos, quos circa  
chronologiam hujus legis laborantes videre licuit, nemo  
meliori utatur demonstrandi ratione. Plurimi, in primis qui  
ad Institutionum Justinianearum libros commentarii sunt,  
autorem quicunque modo placuerit, supponunt, sine ulla  
facta probationis mentione: quos inter etiam sunt viri  
doctissimi, qui de legibus veterum scripserunt. Illi etiam  
qui nobiscum eundem Furium autorem constituant de  
difficultatibus extricandis parum sunt solliciti, quemadmo-  
dum VALENTINVS FOERSTERVS I. c. & FRANCISCVS  
HOTTONANNVS in indice legum romanarum, qui editione  
Wechelianae Briffonii adjunctus est, p. 73. sine omni fundamenti  
mentione M. Furio Camillo & C. Caninium Gallum ad  
A. V. C. DCCLII, referunt, ut & nos, sed cum addita facto-  
rum conciliatione fecimus. Alii legem hanc latam conten-  
dunt Coss. M. Furio Camillo & S. Nonio Quintiliano,  
qui ad a. DCCLX pertinent, & Quintiliano quidem sine  
omni conjectandi ratione C. Caninium Gallum suffectum  
singunt.

singunt. Illi qui Fusium quendam citant autorem, plane quod ipsis faveat non reperiunt, quam nomen Fusii Cos. neque tempore Augusti, neque ante ipsum in fastis apparet, nisi huc trahant, quod plerique Furiorum cognomine Fusiorum fuerint usi; ita autem pro nobis militabunt. E. quidem PAVLVS MERVLA de legibus Romanorum c. XXIV. p. 278 ad A. U. C. DCXVIII. refert Q. Fusium Philum Cos. à quo legem fusiam de diebus fastis, cuius mensinit PAVLVS MANVTVS de legibus Rom. c. VIII. latam esse scribit, sed fundamenti, quam nihil adduxerit, ego quidem ut aliquid pervideam, non sum adeo perspicax, accidente & hoc. quod ipse Merula legem furiam nominet §. 23. quae ipsi §. 25. fusia audit. Iao pugnat adversus Merulam numisma vetus apud GOLZIVM l. c. p. 143. quod hunc P. Furium Cn. F. Philum insignit. Nec obstat communis exemplarium lectio, quam, quemadmodum communior opinio non statim verior; ita nec communior scriptio semper pro certiori sit habenda. Militat praeterea pro nostra sententia fragmentum VLPIANI atque graeca THEOPHILI paraphrasis, qui nostram legem non nisi furiam dicunt. Sed nolo longis ambagibus adversus illos dimicare, qui non nisi prima fronte adversantur, postquam ex LIVIO bift. L. I. c. IV. constat: jam ante ejus tempora *Furios Fusios* scripsi quodam, nec ullam hic immutationem virorum ipsorum, sed nominum esse, quod ipse studiose admonendum existimat. Accedit & huc quod literae r & s apud antiquos alternatae fuerint pronuntiationis observante BARNABA BRISSONIO de verb. signif. L. VI. p. 246.

§ VIII. Unicus est eruditissimus JACOBVS RAE. *Eadem ex* VARDVS, qui rem altiori mentis indagine dignatus est: *mente* verum & hic nodos non solvere sed iētu violento rumpere *Racopardi*. videtur. Enimvero existimat hanc legem suffiam dicendam, quod auctoritate paudectorum Florentinarum & an-

B

tiqui

tiqui institutionum voluminis probare nititur, qua in re ipsi  
adstipulantur GIPHANIVS in comment. ad J. h. t. ANTONIVS  
AVGVSTINVS in eruditissimo de legibus Romanorum tra-  
etatu, qui tomo secundo antiquitatum Graevianarum con-  
tinetur. p. 1199. nec non BARNABAS BRISSONIVS de verb.  
signif. L. VI. p. 246. qui nullo alio fundamento quam veru-  
to quadam codice nititur. Raevardus vero, ut denominata  
nominis hujus originem historica conciliet temporum sup-  
putationi, tribuit hanc legem Q. F<sup>V</sup> FIO CALENO, qui  
A. U. C. DCCVI. consulatum gessisse dicitur allegans insu-  
per ejusdem munisima, quod apud GOLTZIVM videri  
potest. Quum vero non videat, unde rebus sic stantibus  
nomen caniniae venerit, fingit hanc legem deinde A. U. C.  
DCCLII. C. Caninio Gallo Cos. ab Augusto esse redactam.  
Sed fingit conjicit, neque ullam facit figmento fidem.  
Unde quaeque appareat, quod Augustus non novam tulerit,  
sed antiquitatem reduxerit legem? ex Svetonio? neuti-  
quam, sed ex præconcepto Raevardi cerebro. Unde quod  
Fufius Calenus autor fuerit? quia numisma ejus libertatis  
nomen fert. annon vero haec lex libertati potius obseruisse  
videbatur, & ita servitutis nomen gerere debebat? Codic-  
cum quam adfert autoritatem nil moror: optimi codices  
uniuersi literulae corruptionem admiraverunt: eaque in rerum  
historiarum etymologis investigandis lectio sine dubio  
probatissima, quae nexui historiarum & temporis rationibus  
quam maxime conformis existit. Atque haec cum ita se  
habeant, missis aliorum opinionibus putamus haec tenus re-  
ste asseri: legem hancce à S. Furio Camillo & C. Caninio  
Gallo Coss. recte furiam caniniam esse dicendam.

*Remove-* §. IX. Verum non confundenda est lex nostra, quam  
tur alia FVRIAM dicimus, cum lege alia furia, quae certam legato-  
lex ejusdem rerum summam definivit allegata idcirco CICERONI in orat.  
vominis. pro Balbo, p. m. 718. atque TRIBONIANO pr. J. de lege falcidi-  
a, quippe quae & autore & aetate, & rerum tractatione  
à no-

\*) II (\*)

à nostra quam maxime separata cernitur. Agunt de ea pluribus J. VINCENTIVS GRAVINA de oriu & progressu furū civilis c. XXXIII. p. 66. JACOBVS CVJACIVS in obser. L. XIX. c. XXXI. p. 918. ANTONIVS AVGVSTINVS de legibus. Antiquit. Gravianarum Tom. II. p. 1202. FRANCISCVS DARENVS in disputationibus Juris, disp. II. 10. CAROLVS SIGONIVS de antiquo jure civium Romanorum L. I. c. XII. nec non ALEXANDER AB ALEXANDRO dierum genial. L. VI. c. XV. Autorem eidem Cajum Furium tribunum-plebis adscribit RITTERSHVSIVS in comment. ad J. ad tit. de lege falcidia p. 316. de quo tamen non disputo. Interim hinc forte occasionem naētus est optimus alioquin Institutionum Tribonianearum Interpres VOETIVS ut & nostram legem plebisciī nomine non sine errore insigniverit. vid. ejus Comment. ad J. b. t. Nostra, ut supra ostensum est, extra dubium Augusti imperium non supergreditur, quo tempore occupata republica legum condendarum autoritas jam ad patres senatumque translata erat, ut ostendit ARNOLDVS MAVRITIVS HOLTERMANNVS in origine historica juris Romani p. 49. adeoque aut ad SCta, aut ad constitutiones principum, neutiquam vero ad plebisciā venit referenda: ipsae enim constitutiones Principum initio per modum SCtorum proponebantur notante JAC. GOTHOFREDO bīf. juris. cap. III. & CHRISTIANO THOMAS O denacis Jurisp. Rom. L. II. c. II. p. 62. conf. M. ANTONIVS MVRETIVS in comment. ad IV. priores digestorum titulos, ad l. 9. n. de LL. p. 103. edit. quæ Ferraria 1581. prod. iit, jungaturque clarissimus olim nostrae academie Polihistor GEORGIVS SCHVBARTVS de fatis Jurispr. Rom. Exercit. III. §. 41. 47. p. 572. sq. Sed major notandus est error, quem errat GVIDO PANCIROLLVS, in thesauro variarum lectionum, L. II. c. 179. dum legem illam testamentariam Furio Camillo autori legis furiae caniniae nostrae tribuere non veretur, quam tamen ab hujus aetate curatior temporum supputatio sat longo spatio distinguit.

*Finis legis  
hujus.*

§. X. Supposita sic origine legis furiae caniniae, tem-  
pus est, ut in finem quem Augustus legislator ob oculos ha-  
buit, inquiramus: quippe hoc deum est legum sensa ca-  
pere, si rationes, ob quas latae fuerunt cognitas habeas.  
Perspectasque. Labore ad hunc investigandum haud e-  
rit opus, postquam jam alii rem sine praeconceptae opin-  
onis perspicillo rimiati sunt. Optime eam pervidentur.  
FRANCISCVS BALDVINVS in comment. ad J. b. i. & su-  
pra laudatus VOETIVS eodem in loco, qui causam hujus le-  
gis finalis correctionem Romanae ambitionis, qua mortis  
tempore eorundem saepissime animos occupabat, imo  
& inuidiae malitiaque obstructionem allegant. Facem  
iis praetulit DIONYSIVS HALICARNASSEVS, qui antiqu.  
Rom. L. IV. p. 228. in nimias Romanorum manumissiones  
inopinatae invenitur. Verba quae hic faciunt adscribi me-  
rentur, qua sic habent: Επίγκαιον τῆς ἐλέφθερας οὐ Διό-  
κε φότηλα τὸν δεσποτὸν καὶ κεντάρον δέξοχοτίου. Εὔχογύ τοι θά-  
υματική πίνας ἀποστολής, τοῖς δύλοις συγνεχωρεῖσθε εἰναὶ ἐλέφθε-  
ρης καὶ τοῦς ἑαυτῶν τελεύτας, ἵνα χρησοῦ καλῶντα μηδεὶς καὶ  
τοῦλοι ταῖς πλινθιαῖς αὐτῶν ἐγκομιζομένας τριχοπολεθώστε ταῖς  
ποιλαῖς ὅπλα ταῖς πεφαλαῖς ἔχοντες. Εν δισὶ ἐπομέπευσόι πίνας,  
οὐ λόγῳ τοῦ ἀποτιμανένων ἀπέν τοι δεσμωτηρίου ἀξε-  
λιθόποντας πακέργειος δέλιοι, μυριών ἄξια Διαπεπεργμένοι θα-  
νάτουν. εἰς τέτες μέρη τοι τέσσερας δυναμάρτεταις πιλάτες ὡν τοῖς αδ-  
λεως ἀποθέποντες οἱ πολιοὶ δυναμάνεστοι περιβεβληταὶ τὸ  
ΣΩΘΑΡΟΣ, οἵς ἐπεργοντος ἡγεμονικῆς πόλεως, καὶ παντὸς ἀρχεῖν ἀξιό-  
ς, οἵ τιπτοι, τούτης πολιτικαὶ ποιεῖσθε. Alii per herorum le-  
vitatem gloriam inde captantium manumittuntur.  
Scio qui tota servitia testamento libera esse jusserunt,  
ut benignitatis laudem ferrent post obitum; Et in fu-

*noris*

neris elatione lecticam eorum magnapileatorum proferretur frequentia: in qua pompa quidam erant, ut  
scientibus audiendi recens dimisi è carcere malefici mille,  
supplicia promeriti. Ilos impuros Urbis pileos plerique  
qui cum stomacho adspectant, & respuunt eorum consuetudinem,  
indignum facinus clamitantes populum rerum dominum,  
& usurpantem sibi orbis imperium, talibus contaminari cibis. Confirmat hocce, quod & Nero-  
nis tempore circa manumissiones opus fuerit monito:  
Dispicere quisque merita, tardaque concederet, quod da-  
tum non adimeretur. vid. TACITVS annal. Lib. XIII. cap.  
XXVII. p. 319. Merebatur, itaque intempestiva hæcce mi-  
sericordia quam rectius luxuriam dixeris, hanc Augusti cor-  
rectionem; nisi Respublica miserrimis & nequissimis ho-  
muncionibus deberet impleri.

§. XI. Enimvero tota mortalium natio, si sibi relicta Rationes  
vivat, non nisi quae præ manibus sunt scrutatur, & seros eandem  
eventus vix Solon quispam satagit. Sibi quisque studet suadentes.  
quae publici sunt magis quam aliena negliguntur negotia.  
Quis ab hac labe immunes Romanos dixerit, quibus ut  
studiis ac belli artibus ita & nequitia pene omnes reliqui  
impares fuere populi. Hinc morti vicini, ubi omni utilitati  
ultimum vale dicendum erat, neglecta propria neque eam,  
quae omnium erat cordi habebant: quumque jam malitia  
& testes & instrumenta ponenda venirent, neque tamen  
malitia eos deserebat. Tria sunt, quae maxime hominum  
occupant animos, vita, quaeque non nisi post corporis  
exuvias ab anima separantur: vani honoris affectatio, ve-  
sanae voluptatis cupidio, & inexsatiabilis ac sacra rerum,  
quae in possessionem veniunt, famis. Omnium haec ex-  
cruciant animos, nec optimus quisque ab iis liber est: quisque

que suas patitur manus, dispari saltet modo, dispari gradu.  
 Docuere id luculenter admodum nostrae aetatis philosophi  
**CHRISTIANVS THOMASIVS** in der Ausübung der **Gittens Lehre**, & venerandus noster **BVDDAEVS, philos. prat. c. III. part. I.** De iis, qui stolidae litant avaritiae, res est facillima cognitu, quum invidia avaritiae germana sit filia, & eam non aliter ac corpus umbra sequatur. Invidi autem haec maxime virtus est, ut ea invideat & aliis, quibus ipse frui non potest, curetque non tam ut ipse habeat, sed ne habeant alii. Quid mirum itaque invidos Romanos, quos servos nemini superesse volebant, indigna libertate donasse. Illustrant hoc exempla nostrorum temporum, ubi non pauci invidiae stimulis ducti in fraudem eorum, quos jus constituit heredes, certe insigni impietate res suas, ad pias, ut vocant, causas remittunt ne scilicet alii eavundem usus pateat. Optime hoc faciunt verba Illustris **THOMASII in diss. de origine successionei testamentariae §. LII.** inquit: Avarus, quam diu vitae spem habet, bona sua, (servos suos) sibi conservare studet, atque hereditetas tanquam hamo allicet ad beneficia exhibenda. Moribundus autem testamento faciendi cupidus est, partim ut heredes ab intestato debita successione fraudet, partim ut post mortem testamento suo laudes, quas virus nullo beneficio meruit, capteret. Neque illos hic excipias, qui vitam degerunt, voluptatibus deditam, quippe natura sua per omne vitam spatium ad effoeminatam quandam mollitatem animi inanemque propensos luxuriem. Vana, quae coelum petit, quaeque Romiae quasi auctoritate publica colebatur ambitio, quammaxime praecepites dabant morientium animos, vel vindictae dulcedinem, vel sequiturae laudis gloriam iisdem promitentes. Solebant enim servi testamento libertatem aseqvui iecticam funeris, libertatis pileis ornati, sequi

sequi vel praecedere, & herorum suorum decantare praeconia, quem morem praecipuam stultarum manumissionum causam allegat DIONYSIVS HALICARNASSEVS *i.e.* conf. *I. i. C. de Latinis libereinis*. JO. BRITANNICVS in *Comment. ad Persi sat. V. p. 101.* CVIACIVS *Obj. L. III. c. XXIII.* & JO. KIRCHMANNVS *de funeribus Romanorum L. II. c. VII. p. 157.* Atque haec suppetebant civibus Romanis rationes ad irritandos stultitiae impetus, quēs perculsi omnes verae prudentiae regulas susque deque habebant.

§. XII. Atque hac stultitia nec sibi, nec heredibus suis  
tantum peccabant morientes: sed universae nocebant Rei-  
publicae. Libertatem assequebantur plurimi nonnisi com-  
pedibus ferendis apti, quiq[ue] ergastulis assueti libertatem  
ferre haud poterant. Inde sub speciosa libertatis opinione  
selestant sumebant licentiam luxui, libidinibus, imo de-  
nique furtis studendi nequisima Romanae urbis carci-  
nomata. Describit eos egregie A. PERSIVS *sat. v. cum*  
quo conferendus CORNVTVS *ad hanc sat. p. 60.* edit. Paris.  
1613. publicatae, nec non DIONYSIVS HALICARNASS.  
L. IV. Atque his homuncionibus patere debebant insignia  
Quiritūm jura, qui non poterant non iisdem abuti: aliis  
bonis viris haec multo pretio comparantibus. vid. LVCAS  
*in Actis Apōst. c. XXII. 25. 28.* & Dn. JO. SAM. STRYCKIVS  
*de jurisprud. Pauli Apostoli c. I. §. XIV.* Sibi relinquebantur,  
unico momento, qui seipso regere nunquam didicerant,  
& qui antea dominorum luxuria & ambitionis instrumenta  
fuerant, nunc eadem vitia majori cum cura & damno sibi  
propria faciebant. Quid autem inde sperare poterat Res-  
publica aliud, quam commessatores, lenones, fures & mendi-  
cabulos? Expedit certe Reipublicae hos homines alere,  
atque tueri, ne forte nocte desiderentur tenebrae aut ho-  
mines apud exulent scelera. Ita vero cogitare videbantur  
faepe

faepe prudentissimi Romanorum; adeo ut recte in eos  
traxeris verba FRANCISCI BALDVINI in prothoria ad iii.  
, J. de testamentis ordinandis: quod saepe delirent animam  
, agentes nec sanum plerunque eorum sit judicium, quos immi-  
, nentis mortis terror percellit, aut morbus divexat. Sanior  
itaque erat cogitatio, quae Augusti subibat animum, de-  
stulta hacce licentia coercenda, qvum & pronitatem suorum  
civium ad eam, & ejusdem nocivos perpenderet effectus.  
Observabat simul, quod Legumlatorum est, ut ea prohi-  
beant, quae facile, non quae difficulter ab hominibus per-  
petrantur, secundum l. 4. n. ad SC. Vellej. Imo, quod magis  
est, omnis nomotheticae principium salus publica ipsi su-  
prema lex erat. Confirmat hanc legislationis hujus publi-  
cam utilitatem, quod & alii eodem modo civibus suis pro-  
spiciendum modumque excedentes manumissons coer-  
cendas duxerint Imperantes, quos inter est PIPINVS ca-  
pitular. L. II. iii. 20. §. 10. & L. VI. c. 26. ubi manumissons  
, sic restringuntur: *De servis propriis vel ancillis ut non*  
, *amplius tondereantur vel velentur nisi secundum mensu-*  
, *ram.* Et uii ibi satisiat, & villae non sint desolatae.  
Sed de his Germanorum nostrorum moribus aliis medita-  
tionibus locus erit tempusque. vid. interim JOACHIMVS  
POTGIESERVVS de conditione & statu servorum apud Ger-  
manos L. III. c. XIII. §. V. PL.

Eius obli-      §. XIII. Qvum autem omnis legis duae fint partes:  
gatio.      & jubere aut prohibere, & poenae injicere formidinem;  
recte moveri potest quaestio: an & quomodo haec lex eos  
ad ejus regulam observandam adstrinxerit? Nec difficulter  
procedit responso, si modo ejus Autorem naturamque in-  
spiciamus. Sanctionem penalem, quae objectione mali  
cujuspiam externi Romanorum cogeret animos extitisse,  
licet neque Svetonius, neque Tribonianus eandem com-  
memo-

memorent mea opinione certissimum est. Ni*ci*  
 enim hoc esset summus & prudentissimus Romanae  
 Gentis Imperator insaniisse credendus esset, quippe  
 cui actio vanissima, lex non ligans, ignis frigidus,  
 aqua secca tribueretur: quod prudentia ab Augusto  
 aliis in negotiis ostensa quam maxime indignum  
 existeret. Mihi si quid videtur recte naturam omnis  
 obligationis exhaustur definitio quam suppeditat ce-  
 lebris, quem praceptor mihi gratulatus fui &  
 adhuc gratulor, Lipsiensium JCtus Dn. GOTTLIEB  
 GERHARD TITIVS in Obs. ad Pufendorf. lib. de off.  
 hom. & civ. obs. 53. inquiens: est vinculum legis, ho-  
 mines & ad agendum & ad patiendum obstringens,  
 unde consequitur legem civilem non posse non malo  
 quodam externo, quod minetur, stipatam existere.  
 Mala autem illa ad tria potissimum redeunt genera:  
 malum corporis afflictivum, damnum in re familiari,  
 & denique nullitatem gesti negotii: uti observavit  
 Dn. THOMASIVS Tom. VI. obs. ad rem litterar. perti-  
 nentium. obs. XXVII. §. XVIII. seqq. Quodnam ex his  
 legi huic probabili ratione tribuendum veniat non  
 difficile est judicatu, norunt enim sanae politicae  
 gnari: Rempublicam, ubi negotiis quibusdam per  
 leges formam praescribit, metum nullitatis adjicere  
 solere, si subditi non sequantur normam praescrip-  
 tam; unde conjicio per legem furiam manumissionem  
 contra legem hanc peccantem in testamentis fuisse  
 irritam, uti id generatim de omnibus testamenti factio-  
 nibus constat l.i.w. de injusto, rupto, irrito testamento.

C

Imo

Imo non conjicio, sed mentem meam certitudine,  
optima confirmat CAIVS §.3. Inſ. ſuarum tit. II. le-  
gem furiam caniniam manumissiones ultra centum  
progressas nullas declarasse, quod ſatis firmam potuit  
producere obligationem.

Eius ob. §. XIV. Haec cum ita ſint, non eſt dubium Au-  
ſervatio gustum legem prudenter ſuis auiſciis latam eandem  
eſtenditur. etiam cum cura in uſum deduxiſſe; unde varia in-  
Romanorum historia occurruunt exempla, quea de-  
eius vigore ſufficiens praebere poſſunt teſtimoniuſum.  
Illiſtre eſt, quod Tacitus Imperator teſtamento omnes  
manumiferit utriusque ſexuſ, intra centum tamen ne  
caniniam transire videretur, uti auſtor eſt FLAVIUS  
VOPISCVS in vita ejus. n. 10. cui add. HVGO GRO-  
TIVS in florū ſparſione ad ius Justinianum. p. 25.  
Praxiſ eandem docet quoque PAPINIANVS l. 22. §. 1.  
de fideicommiss libert. ubi caſuſ ab eo adductuſ modum  
caniniae legis ſervat. Iuſtae hinc iuerunt caſuſ  
PAVLO JCto, quod peculiari libro ad hanc legem  
fuerit commentatus, ut docet inſcriptio l. 37. n. de  
conditionibus & demonſtrationibus. conf. doctiſlimuſ  
Sileſiae JCtuſ NICOLAUS HENELIVS de vett. JCtis  
c. XXIX. §. 10. Meretur autem circa hunc locum  
animadverti malitiosa Romanorum astutia & hujus  
legis ſalubrem conſtitutionem ſat ſtulta fraude ſub-  
vertere volentium, dum quos ipſi manumittere pro-  
hibebantur, aliis manumittendos legabant, quibus  
tamen ſententiā ſuam recte oposuit PAVLVS l.c.  
Neque

Neque posteriora, quae proxime sequuta sunt tempora, hujus legislationis fuerunt incuria, qvum in ipsorum Imperatorum THEODOSII & VALENTINIANI rescripto ejusdem occurrant vestigia l.28. se  
*Judaei C. Theod. de Judaeis sic praeipientibus: Ne*  
*Judaeus filium suum christianam religionem professum*  
*exheredare audeat, aut si hoc contigerit, filius ab in-*  
*testato resissa voluntate ultima succedere jubetur, li-*  
*bertatibus quae in eodem testamento datae fuerint, si*  
*intra legitimum numerum sunt, suam obtinentibus*  
*firmitatem.* Dubito hinc an assentiri debeam celeberrimo THOMASIO, qui in delineat. historiac. Juris  
§. 67. not. f. hanc legem isti juri accenseret, quod post-  
quam jam diu per desuetudinem esset abolidum, in-  
curia Triboniani demum fuerit abrogatum: prae-  
sertim qvum haecce desuetudo non probetur, & ipsi  
citatius BALDVINVS in Justiniano p. 362. id de hac  
lege, quod de aliis non adfirmsit, licet studio ejus-  
dem alleget abrogationem. Videtur praeterea  
meam sustinere dubitationem non injusta hac in re-  
pro Justiniano prae sumptio, postquam ille duobus in-  
locis curate de hac lege abroganda disposuit, adeo  
ut haeret an non minimum hoc casu valeat, quod  
PAGANINVS GAVDENTIVS de Justinianae seculi  
moribus c. i. nimis audacter adfirmsat: Eorum, quae  
in codice leguntur usum vignissē tempore Justiniani.  
Interim dubito tantum de iis, non nego, quae asse-  
ruit rerum harum peritissimus Thomasius, persuasus  
quod facile ipsi suppetere possint asserti sui rationes,

quae hactenus oculos meos vix prima vice hac inten-  
sos praeterierunt.

*Abrogatio* §. XV. Extat solennis abrogatio l. nn. C. de lege  
recensetur. *furia canin.* tollend. quam ipse Imperator JVSTI-  
NIANVS A. Mennae P. P. rescripsit: *Serrorum*  
*, libertates in testamento relictas, tam directas quam*  
*, fideicommissarias ad exemplum inter vivos liber-*  
*atum indistincte valere censemus, lege furia caninia*  
*, de cactero cessante, nec impidente testantium pro servis*  
*, clementes dispositiones affectui mancipari. conf. tit. VII.*  
J. L. 1. Enimvero, qvum ante haec tempora manu-  
missiones ultra centum non comprehenderent, hisce  
Imperator libertatem concessit universam familiam,  
sive, ut THEOPHILVS vertit, *mavies rūc ēmēta;* ma-  
numittendi, adeo ut nulla remanserit manumissiono-  
rum restrictio. Ast postquam sapientes nil sine rā-  
tione facere creduntur, operae erit p̄tium causas  
hujus abrogationis paucis inspicere. Prima & quam  
Imperator maxime urget, est: quod inhumanum sit  
morientibus eam admere licentiam, quan vivi ha-  
buerunt, nec idem concedere morti vicinis, quibus  
nescio quibus ex causis vulgo magis solet indulgeri.  
Verum condonabunt, ut spero, Tribonianī mancipia,  
Si dixerō hanc ipsam rationem Imperatoria Majestate  
& decore legum non satis dignam videri. Omnium  
legum ferendarum, abrogandarumque suprema lex  
est salus Reipublicæ. Hacce cessante cessat omnis  
larvatae aequitatis humanitatisque ratio; & ubi dispar  
apparet

apparet ratio, dispar quoque necesse sit legis dispositio. Sibimet ipsi contrarius est JVSTINIANVS, quippe qui impuberes res suas testamento alienare prohibet *§. 2. J. quib. non est perm. facere testam.* quod tamen accidente Tutoris autoritate alioquin licebat *§. 2. J. quib. alieno licet vel non.* Eodem modo filius familias de rebus sibi relictis poterat, quo volebat, modo disponere *Nov. CXVI. c. I. §. 1.* qui tamen testamenti facieendi jus non habebat. *pr. J. quib. non est perm. fac. testi. conf. VLRICVS HVBERVS in praelect. ad J. b. t. & PAVLVS VOET ad b. t.* Unde obiter quoque notari potest plurimum Doctorum argumentantium error: quod a contractu ad testamenti factio- nem valeat consequentia, vid. qui horum magnam manum congesit SCHRADERVS ad *J. b. t.* Eodem recidunt, quae Justiniano vel potius Triboniano de favore libertatis ejusque invidia in mentem venenunt, quibus, si ad faniorem exigantur logicam, forte nec ipse Tribonianus quid sibi voluerit scivisse credendus est.

§. XVI. Mihi, si quid subodorari licet, aliae hic *Ejus cass. sae.* latent abrogationis causae, quas inter eminet insignis Triboniani historiae juris Romani ignorantia, quam alibi uberiori ostendendi locus erit, quamque dudum notarunt doctiores. Certe si Triboniano verae hujus legislationis causae fuissent cognitae, ab hoc negotio aut plane abstinuisse, aut magis praegnantes facti sui rationes attulisset. Justiniani si species genium artes

tyrannicas & insigne sapit avaritiam haec abrogatio, existimabat enim hac ratione immediate jugo suo subjici, quos antea cives publica utilitate sibi habuerant. Est hoc artificium tyrannicae status rationis, qua Imperantes omnia a seipsis, a subditis nihil possideri volunt. Nec est, quod haec & cerebro nostro configi putes, quae ante nos dudum EVA-  
GRIVS & cum eo ZONARAS retulere ap. FRAN-  
CISCVM HOTTOANNVM in anti-tribonianō c. XI.  
, verba eorum sic habent: *Justinianus homo erat insa-  
tiabili avaritia, & alieni ita appetens, ut subditos suos  
vulgo venderet, iis praesertim, qui Magistratus obtine-  
bant, quique vectigalia & tributa redemerant, aliisque  
qui infidias illis locarent, sub aliquo colore aut praec-  
textu, quo ipse uteretur: ditissimi vero cujusque bona,  
in fiscum redigebat.* Quae dum considero non pos-  
sum non sequi sententiam accuratissimi BACHOVII  
in comment. ad J. b. t. existimantis; magis justam for-  
tassis causam fuisse legis rogandae quam abrogandae,  
cui addendus FRANCIVS BALDVINVS in Com-  
ment. ad J. b. t.

*Vsus dis-  
sertatio-  
nis.*

§. XVII. Atque sic suppeditat levidense hocce Juris historiae specimen, specimen prudentiae Augusti, atque non satis cautae politicae Justiniani, quam tanquam rem odiosam paucissimis delineare placuit: illa superioribus pluribus tacta. Constatit interim satis, ut puto, quantum regendi artibus regioque animo Justinianum antecesserit Augustus, quamvis ille

¶ 23 ¶  
 Ille §. 11. 3. de fideicommiss. hered. hunc superare irrito  
 iconatu contendat. Constat & unico hoc exemplo  
 vetusta juris Romani rudera aliquando politicis me-  
 ditationibus optimam praebere occasionem: nobis-  
 que ad exercenda ingenia, colendam industrias,  
 firmandumque mentis judicium superesse. In ipso  
 constabit, quam illotis manibus Romanorum jura  
 interpretari audeant illi, qui eorundem historiam  
 neque primis fabris degustarunt: quamque male  
 multi Romanas leges jactent, qui earum vix verba  
 capiunt. Optandum itaque est, ut illi, qui aliis in  
 studio juris viam praecunt iisdem quoque calcar  
 addant, ut veram Juris historiam curatus perqui-  
 rant, ne BARTOLOS tantum & BALDOS, sed AL-  
 CIATOS, DVARENOS, DONELLOS, FABROS,  
 HOTTOMANNOS, CVIACIOS nostra aetas tulisse  
 videri queat. Alii, quiequid ingeminent, vix operae  
 facient pretium, nisi illi, quibus sua constat auto-  
 ritas, animos suorum in solidiores vias revocent.  
 Discentium turba non eam qua eundum, sed qua itur,  
 sequitur semitam, sibique ipsis angustum cognitionis  
 suae ponunt modum: ac anhelantes studiorum com-  
 pendia compendiosissimam sibi parant eruditionem.  
 Sed de studii hujus emendatione egerunt alii, quos  
 inter optima docet celeberrimus Vitebergenium.  
 JCtus GEORGIVS BFIERVS in praefamine ad posi-  
 tiones Pandectarum, quae cum cura legi merentur.  
 Perpendent hoc illi mecum, qui ultra legulejorum  
 vulgus sapere gestiunt, solidamque nec fucatam  
 affectant

affectant legum notitiam: neque, ut CICERO  
inquit, à Praetoris edicto, neque à duodecim tabulis  
(neque ex Tribonianis Institutionibus, neque ex Lau-  
terbachii compendio vel alio systemate) quanquam  
E' hoc, sed penitus ex intima philosophia, atque am-  
plissimis historiarum monumentis bauriendam juris dis-  
ciplinam putabunt, quod ut multi nobiscum alacri co-  
natus ac prospero successu futuro Rei-publicae bono  
faciant, est quod nostrae dissertationis finis expicit.

### Corollaria:

I. Qui historiarum rimantur monumenta, nec ullo  
utuntur mentis suae ratiocinio mancam atque hiulcam  
praestant operam, calcemque sine arena proponunt:  
Qui vero Scriptorum negligunt autoritatem suisque  
tantum confidunt conjectandi rationibus in turpis-  
simos sese praecipitant errores, quod exemplo Tribon-  
iani, quod vidimus, constat.

II. Aut fallitur aut fallere laborat legislator, qui  
multas suarum constitutionum caussas allegat, ac si  
subditis civibus reddenda sit ratio. Sapientius SE-  
NECA Ep. XCIV. inquit: *Lex velut emissus divinitus  
vox sit. Iubeat non disputet. Nihil videtur mibi fri-  
gidius, nihil ineptius, quam lex cum prologo.*


Jena, Diss., 1707 A-V  
X 2396251


ULB Halle  
006 205 95X

3



Vol. 12





16  
73  
LIBRIO BVRONI  
OMAIA  
EPHRAIMI GERHARDI  
Phil. M. & J. U. C.  
**COMMENTATIO PARERGICA**  
*Ad L. unicam C.*  
**DE**  
**LEGE FVRIA CANINIA**  
TOLLENDA.

Literis Müllerianis, MDCCVII.

